Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36545
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

la. Et ego sepultis admodum quingentis militibus;
quorum iuuenes proceres. castra inde moueri imperaui.
Iam accedita promunctoria. ad occanum in ethiopia
uidimus. ethneos (t. cinsos) quoque montes. ad antrum liberi. quo perdi
tos homines misi quia tercia die febribus mori di
cebant. si speluncam dei introissent. Ego fuisse ma
nifestum mortibus eorum probauimus. quia intrari preti
religionem ad munera specus non potest. Supplex orabam
numina. ut me regem orbis terrarum cum sublimibus
tropheis triumphantem. in macedoniam olimpia
de matri mee remitterent. Quam rem frustra
me petere. ita cognoui. quondo dum sciscitarer
si quid etiam adhuc uidere possem dignum ammira
tione aut memoria. omnibus indis dicentibus
nichil aliud memorabile inuenire posse in
illis locis quam quod cognouimus. tunc diuerti
signa in phasiacen imperaui. ante nothi uenti
flatum secuturus. Dumque in itinere redire cepimus.
agmine sub signis me ducente. duo senes fac
ti sunt nobis obuiam. Quos cum interrogassem si quid nos
scirent in illa regione dignum spectaculo. respon